



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Cap. III. De Caritate inter Nostros.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

## C A P U T III.

## De Caritate inter Nostros.

Ejus presidia I,  
ordinaria.



Ræter eam unionem , quam cum Superioribus habere singuli debent , perfecta Obedientiæ virtute , & suæ conscientiæ manifestatione, curanda & alia est inter reliqua membra , vinculo caritatis, & mutui amoris , quæ in tot præsertim Nationum collectione ingens gloria Societatis

*a Paul.V. pag. 305. est. a Quare idem sapiamus, idem dicamus omnes , exclusis, quoad fieri potest, doctrinæ differentibus verbo , vel scripto , immo*

*b P. 3. c. i. §. 18. & P. & P. & in rebus agendis judiciorum diversitate : 8. c. 1. §. 8. & si ulla inter domesticos perturbatio , vel K. c. 6. §. 8. & ira accideret , curandum , ut in gratiam in P. 10. §. 9. & R. vicem redeant ; b interque præcipuas Mi-*

*com. 28. nistri curas erit, animos Patrum & Fratrum inter se per benevolentiam unire. c Ad eundem finem mutuæ benevolentiæ juverit cerebra communicatio , & rerum mutua noti-*

*d P. 10. §. 9. tia, & in omnibus rebus uniformitas. d In concionibus verò domesticis unio & caritas*

*e P. 3. c. 1. §. 21. fraterna præcipue commendanda. e Inter præcipuas etiam conjunctionis causas numerari debet, liberalior in Nostros hospita-*

litas:

litas : erga quos caritatem magnam Superior exhibeat ; & si indigeant aliquā eleemosynā , eos juvare Superior poterit. Sed à nullo omnino Nostrorum Hospitum in hospitalitatis compensationem quidquam exigendum ; & si sponte offeratur, non admissum , nisi prout permisit Congreg.

*f* P. 4. c. 2. F. &  
P. 6. c. 2. D. &  
R præp. 82. &  
R. Rect. 80 &  
C. 7. D. 18. &  
R. com. 48.

7. Decr. 18. Qui verò iter faciunt , ubi Societas habet domicilium , ad aliud hospitium ne divertant. *f*

2. Manifestare se invicem ac manifestari sint parati, debito cum amore , & caritate ; præsertim ubi à Superiori fuerint interrogati. *g* Quæ Constitutio ulterius explicata est ; declaratumque. 1. Licitum esse , manifestare Superiori , ut Patri, quodcumque delictum alterius , sive grave sit , sive leve. 2. Cum Novitii hujusmodi Constitutioni assensum præbuerint ; eo ipso Nostros cederet cuicunque juri famæ ; quod huic manifestationi obstare posset. 3. Non manifestanda , quæ secretò , & consilii petendi gratia , quis communicavit. 4. Non expetandum necessariò Superioris præscriptum. 5. Qui manifestat , non debere duci aliquo inordinato affectu ; propterea jubet Constitutio , ut debito cum amore , & caritate fiat. 6. In delictis , quæ vergunt in damnum boni communis , vel tertie personæ

*Correctio fra-  
ternæ per Supe-  
riorem.*

*g* Ex. c. 4. §. 8.

sonē, non solum quemque posse, sed debere  
uti denunciatione paterna. 7. Et quando  
ea denunciatio non sufficeret, teneri sub-  
ditum ad denunciationem judicialem fa-  
ciendam. <sup>b</sup> Quomodo autem Superior se  
debeat gerere in denunciatione paterna, vide  
infra Cap 6. §. 6.

<sup>b</sup> C. 6. D. 32.  
& Or. c. 15. p.  
1.

*Cavenda natio-  
num studia &  
factiones.*

<sup>a</sup> P. 10. S. 11.  
& R. com. 30.

*Interdicta divi-  
siones earumdem  
intra eandem  
Provinciam.*

3. Porrò ad prēcidendos dissensionum  
fontes, caveant sibi omnes ab illo affectu,  
quo aliæ de aliis Nationibus sinistre sentire,  
aut loqui solent: quin potius & bene senti-  
ant; & peculiari affectu diversas à sua Natio-  
nes prosequantur in Domino. Ac proinde  
nemo bella, contentionesque inter Christia-  
nos Principes in colloquium adducat. <sup>a</sup> Ad  
mutuam etiam caritatem servandam occa-  
sione Congregationum, multa salubriter  
statuta sunt; quæ habes in earum Formulis;  
& præsertim Cap. tertio Form. Congr.  
Gen. & Prov.

4. Non expedit Missionibus, licet illu-  
strioribus, concedere Superiores ex sua na-  
tione; qui omnibus per varias Societatis  
Provincias sparsis præsint. Nec illis permit-  
tenda è sola gente sua Nostrorum Semina-  
ria: consultiusque est, recepto in Societate  
omnium gentium more, aliis de Societate  
permisceri; ne Nationum discrimina pau-  
latim, magno Societatis totius damno,  
intro-

introducantur. Sed neque permittendum, ut in iis Urbibus, in quibus Societas Collegia, studiaque sua habet, pariter è sola ipsi gente sua Professores habeant cuiuscumque facultatis, multoque minus Superiores. Quin omnes ubique Missionum harum iis Assistentibus, & Provincialibus subjacere debent, in quorum Provinciis sedem fixerunt, nulla illis exemptione concessa: & si quid uspiam tentatum est, aut expletum contra hæc Decreta, P. Generalis IC. 7. D. 21. ad præscriptam formam revocet.

§. Dissensionis verò auctores velut noxia maximè pestis, diligentissimè separandi sunt, vel omnino eos à Societate dimitendo, vel transferendo in alium locum.  
 m Et inter peccata, quorum absolutio in Societate Superiori reservatur, numeratur sexto loco detractio famæ, bonæque existimationis aliorum, & discordiarum semi-natio inter fratres. n Falsi autem Delatores detractoresque severè admodum puniendi: & qui eos manifestare recusaverint, pro ipsis calumniæ auctoribus habendi, eademque poenâ mulctandi. o Contra Perturbatores verò communis quietis, & impugnatores Instituti Societatis acriter insurrexit C. 5. D. 54. quod insertum est Bullæ Pauli V. pag. 305. ubi statuitur

*Pœna in Aucto-res dissensionum*

m P. 8. c. 1. §. 5.  
& F. & P. 2. c.  
1. D. & C. 5. D.  
13. & R. Prov.  
128.

n C. 5. D. 51.

o C. 7. D. 12.  
& 93. & C.  
12. D. 18. &  
In. 13. c. 14.  
§. 12.

S hu-

hujusmodi homines graviter plectendos esse ; quin & ejiciendos è Societate , licet Professi fuerint. Quibus accensendi sunt, qui emendicato Externorum auxilio moluntur novarum Provinciarum erectiones, aut legitimas earundem divisiones impeditre conantur ; & qui libellis scriptis, aut impressis Sociorum vivendi , aut gubernandi modum , aut Superiores tradunt : quique ita palam , ac passim de Instituto obloquuntur ; ut censi possint velle alios in suam sententiam pertrahere. q

p C. 9. D. 5.

q C. 9. D. 25. here. q  
De Caritate adhibenda erga nostros Infimos, infra Cap. 8. Sect. 2. De Caritate exercenda erga Externos erit locus inferius , ubi de iis juvandis sermo instituetur. P. 5. Cap. 3.

#### C A P U T I V .

#### De Humilitate , & abnegatione sui interna , externaque.

*Ambitionis stu-  
dia graviter in-  
terdicta.*



Ræter ea , quæ ad eliminandam ambitionem, atque adeò sternendam Humilitati Evangelicæ viam, Professi Deo vent , & tractata suo loco sunt : hic solùm ad-